

# GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN

PHIL. ET IVRIVM DOCTOR, CODICIS AC NO-  
VELLARVM PROFESSOR PVBLICVS ORD.  
ET ACADEMIAE LVDOVIC. RECTOR

VNA ĆVM VNIVERSO

## SENATV ACADEMICO LECTIONES PVBLICAS ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM

*IN ACADEM. LUDOVICIANA*  
DEO BENE IVVANTE HABENDAS  
SOLEMNITER INDICIT


ATQVE AD EASDEM SEDVLO AC DILIGENTER AVDIENDAS  
*GENEROSSISSIMOS AC NOBILISSIMOS*  
*OMNIVM FACULTATVM STUDIOLOSOS*

PERAMANTER INVITAT AC SERIO COHORTATVR.

P. P. D. XII. APRIL. A. RECUPER. SALVTIS MDCCL. I.  
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

GISSAE, TYPIS EB. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



*In Facultate Theologica.*

**D. REINH. HENR. ROLLIUS,**

*Fac. Theol. Senior & h.a. Decanus.*

*In Historia ecclesiastica noui Testamenti, quam ductu RECHENBERGII superiore semestri publicis lectionibus hora IX. tradere coepit, sedulo perget, factoque a seculo XV. initio id operam dabit, ut hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri in finem illa perducatur. Exercitium quoque *disputatorium*, in Syllogen controu. FECHTIANAM, binis, vel ante vel post meridiem horis continuabit, ipsasque simul theses breuiter enucleabit. Priuatum lectiones in *Theologiam dogmaticam*, semestri praeterlapso, ad tertiam vsque compendii BAIERIANI partem, productas, hora VIII. ea, qua par est, fide ac diligentia continuabit, easque, si Deo visum fuerit, hoc ipso semestri absoluere studebit. Praeterea, loco in Facultate nostra adhuc va-*

4

---

cuo, & scholas aperiet *biblicus*, in harmoniam *historiae Resurrectionis Christi* instituendas; nec illis defuturus, qui publice disputando vires experiri suas secum constituent.

## D. IO. HERM. BENNER,

1) **Q**uam pro re Dnn. Auditorum exorsus est ad *Romanos epistolam*, explicando persequetur. 2) Disputationes huc usque habitas, nouarum accessione continuabit. Quibus addet exercitium *homileticum*, in selecta epistolae ad Romanos oracula, 3) *Priuatim*, quae restant in theologia *dogmatica*, absoluat. De reliquis Dnn. Auditorum vota expectabit.

---

## *In Facultate Iuridica.*

## D. IO. FRIED. KAYSER,

*In Reginine & Consistorio Ecclesiastico Director, Iur. Prof.  
P. O. & Prim. nec non rerum Oeconomicarum  
in Alma Ludouiciana Inspector.*

**A** Collegiis publicis & priuatis priuilegio Principis liber non deerit tamen Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum studia, quantum per labores praticos strepitumque forensem licebit, priuatiſſime promouere, simulque operam dabit, ut ſelectiores matерias iuris, pro cathedra publica ventilandas, desiderantibus ſuppeditare queat.

## D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT,

*Ordinis Iuridici b. a. Decanus.*

*Jus publicum & feudale*, quae superiori ſemestri absoluit, denuo tradet, illudque praeceunte SCHMAVSSIO publice, hoc priuatim

174

tim ad duætum STRVVII ex editione nouissima elementorum iuris feudal. BOEHMERI quoque introductionem in ius digestorum de integro explicabit, neque iis, qui prælectiones ipsius in HEINECCII institutiones iuris ciuilis desiderabunt, deerit.

## D. GOTTLÖB AVGVSTVS. IENICHEN,

H. T. Academiæ Rector.

*Jus Feudale*, ducem sequutus BVRCARDVM GOTTHELFF STRVVIVM in *Elementis Iuris feudal*is, cuius recentissimam editionem, quae *Ienae* anno praeterito in lucem prodiit, fundamenti loco ponet, ex genuinis fontibus tradet, itidemque recitationes in *Ius ecclesiasticum*, auspice IO. BALTH. L. B. de VVERNHER, instituer, & Theologis & ICtis fructuosas, ac in eo enarrando singillatim ad Hassiam nostram respiciet. Nec illis deerit, qui *Ius publicum* auctore Cel. SCHMAVSSIO sibi familiare reddere volunt.

## D. IO. ERNEST. HOEPFNER,

PVblice IO. SAM. BOEHMERI *Elementa Iurisprudentiae Criminalis* commentariis suis illustrabit, priuatim IVST. HENN. BOEHMERI *Ius Digestorum*, duabus quotidie horis explanabit & hoc semestri absoluet.

## D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOCH,

Consiliar. Regim. Hass. & Irr. Prof. ord.

Priuatis lectionibus B. BOEHMERI *Introductionem in Ius Digestorum*, vel Cet. ENGAVII *Elementa Iuris Germanici* pro Auditorum desiderio explanabit.

*In Facultate Medica.*

**LUDOVIC. HENRICVS LEO  
HILCHEN,**

*Med. D. & P. P. O.*

**I**n lectionibus publicis institutiones Medicinae docebit. Priuatum praecepta tuendae sanitatis tradet, ac in IODOCI LOMMII obseruationes medicinales commentabitur: priuatisime autem praxin Medicam exponet.

**GERARDVS ANDREAS  
MÜLLER, D.**

*Anatomi. Chirurg. & Botanices P.P.O.*

**H**Abita prius oratione inaugurali, omnem operam dabit, vt, quae congruae Profesioni suae Medicinae partes sunt, in iis votis ac desideriis Nobiliss. Dnn. Commilitonum satisfaciat.

*In Facultate Philosophica.*

**IOH. LUDOVIC. ALEFELD,**

*Philos. naturalis Prof. Ordin. & Alumnor. Princip.  
Ephorus.*

**P**hysicam universam, uti adhuc solitus fuit, publice rursus tradet: unam vero singulis septimanis horam experimentis priuatum instituendis tribuet. In exponenda *Historia philosophica*, postquam ea, quae ad antiquum mediumque aevum pertinent, iam absolvit, ad recentiora tempora progredietur. *Disputandi etiam exercitationes* studio non interrupto continuabit.

ER-

## ERNESTVS THOM,

*Prof. mor. atque iur. nat. & gent. b. a. Decanus.*

BAVMEISTERI *Institutiones philosophiae actiuae publice illu-*  
*strabit. Priuatim Institutiones iuris naturae B. de VVOLFF,*  
*eiusdemque Philosophiam moralē Germanico sermone scriptam*  
*explicabit.*

## ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.*

Hor. mat. VII - VIII, *Metaphysicam*, hor. VIII - IX. *Logicam*  
docebit. *Mathesin tam puram quam applicatam explicabit*  
tempore Auditoribus commodo. Diebus Mercurii & Saturni  
hor. II. pom. in publicis lectionibus difficiliora *Metaphysicae* ca-  
pita repetet, & Commilitones, qui solida ponere scientiarum  
fundamenta cupiunt, examinabit.

## HÉNRICVS CHRISTOPH. NEBEL,

*Eloq. & Poef. P. O.*

Eloquentiam latinam auctore HEINECCIO & artem orato-  
riam duce GOTTSCHEDIO denuo auspicabitur, VIRGI-  
LII *Aeneid. lib. IIII. seq.* exponet, atque priuatos labores in fa-  
luti v̄su sacrarum litterarum occupatos continuabit, ad alia  
quoque munericis officia pro viribus a Deo concessis paratus.

D.

# D. CHRISTOPH. LVDOVIC. KOC $\ddot{H}$ ,

*Histor. Prof, ord. & Biblioth. Acad. Praefectus.*

*Fublice Historiam Regnum & Statuum Europae, priuatim  
Historiam Imperii Rom. Germanici, ducibus Ill. GEBAVE-  
RO & Cel. SCHMAVSSIO tradet.*

# PHILIPPVS NICOL. WOLF,

*Prof. LL. OO. ordin.*

*Fublice collegium Ebraeo cursorum continuabit; priuatim  
Linguas Ebraeam, duce DANZIO, atque graecam doce-  
bit. Nec Chaldaicam, Syriacam & doctrinam accentuatoriam  
negliget, si qui desiderauerint.*

*Praeter ista, Generosisimis quoque Nobilissimisque Ciuib $\ddot{u}$ s  
de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandi palae-  
stra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros  
earum peritisimatos, publice constitutos, abunde  
prospectum est.*

